Fragmentarium



Quoniam in-
ter crimi-
na ecclesi-
astica sy-
moniaca
heresis primum obtinet
locum. i. maximum. i. q.
ult. patet. Vel. Crimina
ecclesiastica sunt. quorum
cognitio pertinet ad eccles-
iasticum iudicem. ut symoni-
ca heresis apostasia sa-
crilegium periurium uo-
torum transgressio et similia.
Secularia uero que per-
tinent ad iudicem secula-
rem ut furtum et homi-
cidium et huiusmodi. Dicitur autem sy-
moniaca heresis quantum ad il-
los qui ea que de iure et
de facto inspeciabilia sunt ut
uirtutes et spiritus sancti et dona ce-
lestia comparare et facere mira-
cula posse credunt precio

comparari. Item quantum ad
illos qui ea que licet non
de iure tamen de facto quando-
que uenduntur. ut sacramenta
credunt uendi sine
precio. Vel dicitur symoniaca here-
tica propter primitiuos
magi discipulos symo-
nis qui cum profiterentur
se christianos colebant tamen
picturam et ymaginem symo-
nis magi et cuiusdam mu-
lieris meretricis que stete-
rat in prostibulo apud ty-
rum urbem fenicis et
eis incensos odores et sa-
crificia et lybamina of-
ferebant. sicut legitur in
ecclesiastica hystoria libro. ii.
xiii. c. Item. Symonia est stu-
diosa. vel ad actum exteri-
orem progressiua. cum
uoluntas emendi uel uen-
dendi aliquod spirituale uel
oportet addi uel anexum

Fragm. lat. 40
UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
LEIPZIG

License: cc-by – Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 40, 1r – Raimundus de Pennaforti, Summa de poenitentia
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-8c6t/161/2603)